non possum praeteruire hos infelicium germina patrum·
quibus ego sum auctor doloris· ne peiore eos derelinquam
condicione quam parentes abstuli· sed illos mihi quaedam
eripuit erumna· hos mihi magis magisq· commendat natu
rae et misericordia altera quia nepotes altera quia
destituti parentibus sunt· errauerint in patrem fili· quid
fecerunt auo nepotes satis infelix pater fui auus esse
debeo sollicitior temptabo post me consulere nepotib'
utinam et filiis meis consuluissem uerum in illis commu
nis hostis atq· inimici obrepserunt fraudulentia· cauen
dum est ne hos quoq· illorum inuoluat pericula atq· uno
uulnere simul filios amiserim nepotes perdiderim pro
uideamus his defensores quibus ademimus desponsabo itaq·
seniorem ex filiis alexandri tuam pherora filiam et tu ei consi
tituam patrem tuo autem antipater filio aristoboli
filiam ut hoc modo fias pupillae pater germanam quoq·
eius accipiet herodes meus ex arianne hircani susceptus
filia haec inquidem est mea sententia ut inuicem sibi coeun
te copula iungantur posteritatis meae successiones· quo
nemo suspectus alteri sit et ipse tranquillioribus oculis
uideam nepotes meos: quam uidi eorum parentes· quib'
dictis iu[...]nxit memoratorum dexteras et osculatus
singu[...]los inlacrimauit quod antipater laeta
tibus s[...] aliis ita grauiter accepit ut statim dolorem
suum et clam uultu proderet haut mediocri consternatus
sollicitudine quod alexandri filiis archelai regis et
ferore qui tetrarchiam tenebat suffragia suppetere
cerneret· ceteris ualidiora· aduertebat odia sui cres
cere· nepotib autem adstipulari misericordiam· nec po
terat aristoboli filiam recipere domo ne sceleris in
dicium diuturnis eius conspectib offenderetur· adire
non audebat patrem ne ad omnes molem suspectionis
exaggeraret· si conplacitarum foedera nuptiarum
soluenda existimaret· suptiliter tamen praesumsit
orare ut consuleret ei pater ne aduersus duorum po
tentium opes regis et tetrarche nudo regni nomine inua
lidus